Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26089
Copyright: Admont, Benediktinerstift



est terra habulon
et terra neptalim · et in nouis
simo aggrauata est uia maris
transiordanen galilee gentium ·
Populus qui ambulabat in tene
bris · uidit lucem magnam · Habi
tantibus in regione umbre mortis · lux
orta est eis · Multiplicasti gentem · non mag
nificasti leticiam · Letabuntur coram te si
cut letantur in messe · sicut exultant quan
do diuidunt spolia · Iugum enim oneris
eius et uirgam humeri eius · et sceptrum exac
toris eius superasti · sicut in die madian ·
quia omnis uiolenta predatio cum tumul
tu ut uestimentum mixtum sanguine erit
in combustionem · et cibus ignis · Paruu
lus enim natus est nobis · filius datus est nobis ·
Et factus est principatus super humerum eius · et uocabi
tur nomen eius admirabilis · consiliarius · deus · fortis ·
pater futuri seculi · princeps pacis · Multiplicabitur
eius imperium · et pacis non erit finis super solium